

RECTOR

ACADEMIAE GIESSENÆ,

SEBASTIANUS

MASSON,

JUR. NAT. ET GENT. CIVIL. ITEM
AC MORAL. PROF. ORD.

LECTIONES

PER INSTANS SEMESTRE HIBERNUM
A SINGULIS PROFESSORIBUS

IN QUAVIS FACULTATE

CUM PUBLICE, TUM PRIVATIM
HABENDAS

LECTISSIMIS CIVIBUS ACADEMICIS

INDICIT ET COMMENDAT.

SUB SIGILLO ACAD. MAIORI

ANNO MDCCXXIX, DIE XVII, SEPTEMBRIS.

GIESSENÆ,

Typis Eberh. Henr. Lammers.



In Facultate Theologica.

JO. GOTTOFR. SCHUPARTUS,

Superintendens & Professor Theologus Primarius.

Publice, nunc commentationibus in Hoseam & Joëlem defunctus, sueta methodo, *Amosum* explanabit. Privatis lectionibus *Theologia Dogmatica* ultimam, *Theologia vero Moralis* primam partem proxime absolvet, ac, prout vota ferent Dnn, Commilitonum, vel *disputando* in singulos locos theologicos quotidie eosdem exercebit, vel *jurisprudentiam divinam* aut *Historiam ecclesiasticam*, per quinque priora Secula decurrentem, exponet.

IO. GEORGIVS LIEBKNECHT,

SS. Theol. Doct. & Prof. Ord. Consistorii Assessor & Dioeces.

Marpurgensis Superintendens.

Publice Lectiones in libros Symbolicos continuabit: *privatim* *Historiam Eccles. N. T.* ea ratione, quam huc vsque obseruavit, exponet, nec non laborem Exegetico-Homileticum vna cum *Theologia Dogmatica*, si placuerit, ad ductum B. BAIERI denuo suscipiet, nec in alia parte theologica quacunque Nobiliss. Dn. Commilitonibus deerit.


JO.



JO. CONRADUS ARNOLDI,

SS. Theol. Doct. & Prof. Ord.

Notitiam Theologiæ Studiosorum Theticam adjuturus, gratia divina laboribus nostris benedicente, Systematicam illius Commentationem privatim proponet, *vel ex Compendio*, cui forte adsueverunt, *Bajeriano*, *vel*, si maluerint, ex *B. Kænigii Theologia Positiva Acroamatica*, ita quidem, ut & temporibus & ingenii Dnn. Auditorum inserviat: Addet etiam *Collegium Exegetico-Paraneticum ex Epistola S. Joannis prima*. Ut vero ad bella Domini præparentur quoque sacrae militiae Commilitones, campum Theologiæ Polemicæ publicis Lectionibus, hora a meridie II. habendis, aperiet, ac suadente anni proxime instantis solennitate jubilæa, qua bissecularem Augustanæ Confessionis exhibitæ memoriam grati repetemus, primam controversiarum, Nobis cum Pontificiis intercedentium, occasionem explicaturus, *in Theses B. Lutheri contra Indulgentias, pridie OO. SS. Wittebergæ An. 1517. publicatas, commentabitur*. Sic operam quoque suam promte commodabit, desiderantibus pleniorum ex Historia N. T. Ecclesiastica Institutionem, in qua vestigiis *Summarii Rechenbergiani, fideliter explamando, insistet*.



In Facultate Juridica.

D. JO. FRIEDERICUS KAYSER,

Consil. Hasso-Darmstatt. Jur. P. P. Ord.

& rerum Oeconomicarum Inspector.

PER instans semestre autumnno-hybernale, DEO clementer sospitante vires, *publicis lectionibus Jus Feudale ad Stryckii Examen, in quo explicando hactenus desudavimus, ad finem*

perducere contendet. *Privatum* Collegium praeterlapsa aestate coeptum, binis, si visum fuerit, per diem horis, continuabit, novumque Collegium Juris Publ. ad introductionem Schvederianam, vel manucente Hornio, aperet, operam daturus, ut quantum in se est positum, Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum studia pro desiderio promoveantur.

D. JO. FRIEDERICVS WUSEL /

Prof. P. Ord.

Publicis & privatis lectionibus, quas proximo semestri coepit, ad umbilicum ductis; nova collegia ad Jus *Canonium, Civile & Feudale* pro desiderio Dn. Auditorum auspicabitur.

IO. GEORGIVS ESTOR, D.

Hora VIII. *ius publicum* docebit HORNIO interprete, SCHMAUSSII *historiam imperii Germanici (Reichs Historie)* praeleget hora IX., ostendetque simul fontes iuris tam publici, quam feudalis & ecclesiastici. Hora XI. D. IUSTINIANI *Institutiones* ita explicabit, ut cum theoria singulis titulis usus adiciatur practicus. Operam daturus, ut suas lectiones hoc semestri diuina adnuente gratia absoluat. In publicis scholis Dn. Dn. Auditorum votis sese adcommoabit, commentabiturque vel ad HEINECCII *Syntagma antiquitatum Romanarum, jurisprudentiam illustrantium*, vel ad *Coriini Aphorismos iuris canonici*. In lectionibus priuatissimis strenue perrecturus. Vti nec illis deerit, qui exercitium disputatorium singulis saturni diebus expetent.

BERNH. NIC. STOCKHAUSEN,

J. U. D. ejusdemque P. P. O.

Proximo semestri, si D. O. M. valetudinem viresque sibi clementissime concesserit, in Lectionibus publicis Stryckii Examen

men jur. feudal. explicabit ; privatim vero non tantum ea quæ in Collegio ad Compendium ff. Lauterbach. adhuc supersunt, pro desiderio Dni Auditorum , hora consueta matutina X. ad finem perducere sedulo contendet , sed & novum ad idem Compendium aperiet ; quin nec in aliis proficere cupientibus deerit.

GEORG. LVDOV. LEVTNER,

Prof. Juris Extraord. & Facult. Jurid. Adfessor.

Publice Institutiones Juris Justinianeas ad ductum Examinis Hoppiani explicabit , atque per disputationes hebdomadales privato-publicas selectas theses disquisitioni subjiciet. *Privatim* Collegium explicatorio-examinatorium ad Institutiones Juris Civilis , nec non ad Compendium Pandectarum Lauterbachianum binis in dies singulos horis aperiet ; in eoque adnotationes suas vel perlegendas tantum , vel etiam describendas communicabit , simulque in gratiam eorum , qui nimio Juris Romani amore non tantum fascinati , interpretabitur Hornii Juris Publici Prudentiam , & Stryckii Examen Juris Feudalis. *Privatissime*, finito Collegio ad Stryckii Introductionem ad Praxin Forentem , cujus quedam adhuc supersunt capita , suam quoque pollicetur operam.

In Facultate Medica.

JO. CHRISTOPHOR. HERTIVS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hesso-Darmst. Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia , non deerit , si quacunque ratione Philiatorum conatus promoveri poterit. D.

D. JOH. CASIMIR HERTIVS,

Prof. P. Ord.

Publice Hornii Microcosmum, vel si consultius visum fuerit, Heisterianum denuo Compendium illustrabit: Privatim vero expetitur a se Collegium practicum aperiet nec alia desiderantibus deerit.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,


Prof. P. Ord.

Publice & privatim Institutiones explanabit: nec in aliis Medicinae partibus, si idonei Auditores accesserint, operam suam desiderari patietur.

LVDOV. HENR. LEO HILCHEN,

P. P.

Publice morbos Studiosorum pertractabit. Privatim institutiones docebit: nec iis defuturus qui vel Chemiam vel aliam artis salutaris partem exponi sibi concupiuerint.



In Facultate Philosophica.

D. IO. GEORG LIEBKNECHT,

Math. P. P. Ord.

In explicandis *phoronomicis* quibusvis, mox *architectonicis* & aliis perget. Publicam vero operam elementis *cosmographicis* adplicabit.

IOHANNES HENRICVS MAIVS,

Antiquitatum, litteraturae Graecae, & linguarum orientalium

Professor ordinarius.

Volentibus ita quibusdam optimae spei Commilitonibus, publicis recitationibus Noui Testamenti Graeci interpretationem

nem denuo adgredietur, eumque in finem Vener. & celeberr. Io. Christophori Wolffii Cūras Philologicas & Criticas fundamenti loco substernet, quas & augebit, &, vbi occasio tulerit, emendabit. Perget etiam in Auli Gellii noctibus Atticis commentario Philologico illustrandis.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Phil. Nat. P. P. O.

Absoluta nuperrime vberiori explicatione *Introductionis suae in Phil. Naturalem*, in gratiam plurimorum Generos. & Nobilissimorum Dn. Dn. Commilitonum, eandem telam denuo exordietur: nec deerit, si alia quacunque ratione ingenuorum & curiosorum nobilissimae huius scientiae amatorum desideria explere & commoda promouere poterit.

SEBASTIANVS MASSON, P.

Expositionem Libri *Pufendorfiani, de Off. H. & C.* quam ad lib. II. Cap. V. hactenus perduxit, proxime absoluet. Huic *Examen* vel *Exercitium Disputatorium*, quo tententur firmenturue Auditorum suorum vires, subiiciet. Nouum porro Collegium *Iuris Nat.*, duce laudato PUFENDORFIO, inchoabit; in disciplina *Morali* pariter & *Politica* Dn. Commilitonum desideria exspectaturus.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Histor. Prof. P. Ord.

Publicis lectionibus Historiam Germanicam ad ductum Compendii Struyiani explicabit, *privatim* Historiam universalem, & particularem praecipuorum Europae Statuum enarraturus; nec Historiae Ecclesiasticae & litteraturae cupidis defuturus.

JOHANNES RHENIVS,

Eloquentiae utriusque Prof. P. Ord.

Doctrinam de inventionem, & componendis orationibus iuxta

xta H. Freyeri tabulas oratorias explicabit *publice*; *privatim* Collegium Epistolicum & Oratorium practicum aperiet; nec non iis, qui in legendis auctoribus classicis operam infumere desiderant, satis faciet.

JAC. FRIDERICVS MULLER,

Log. & Metaph. Prof. P. Ord.

Satisfactorius necessitati, quæ urget ubique Philosophiæ pragmatice expositionem, Lectioni *publice*, in Auditorio publico habendæ, destinavit doctrinam præceptorum pro dirigendo intellectu in cognoscendis rebus applicatu facilem; eaque tam coherentiam præceptorum, quam necessitatem, possibilitatemque & indolem cujusvis demonstrabit per ratiocinia, explicabit per exempla. *Privatim* solide philosophaturis offert Collegium Logicæ Asceticum, quo in primis Psychologia & Ontologia eruatur. Iis, qui in Theologiæ studio suam collocare volunt operam, Theologiam tradet naturalem, omnibusque modis Philosophiæ; quam profitetur, usum in superioribus disciplinis non quoad terminos solum, sed etiam quoad notiones ab illis designatas palpabilem reddere allaborabit.

CHRIST. LUDOV. RUDIGER,

Prof. Phil. Extraord. Definitor & V. D. M. Civit. Giessens.

Funestum B. parenti funus faciens, filium collegiorum feliciter coeceptorum inopinato abrumpere coactus fuit; Studebo proinde, negotia academica inchoata, per hiemen assiduitate ut conficiantur, & in scholis Geometricis & Logicis ad calcem ut decurratur.

Habebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occasionem, in *arte equestri*, in *ludo palæstræ*, in *arte commode & perite saltandi*; nec non in *linguis exoticis*, *Gallica*, *Italica*, apud exercitiorum istorum, & linguarum Magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi, partamque *habilitatem perficiendi*.